Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gmercijs ad eterne resurrectionis
gaudium pervenire mereamur. Qui vi-
vit et reg. c. d. p. De clavis et
lancea domini
Deus qui in assumpte carnis inf-
irmitate clavis cruci affigi, lan-
cea vulnerari voluisti pro mundi
salute, concede propitius, ut qui eorundem
clavorum et lancee sollempnia
recolimus in terris, de gloriose victo-
rie tue triumpho gratulemur
in celis. Qui cum deo patre in
unitate spiritus sancti vivis et regnas
deus per omnia secula seculorum. Amen

Dulcis ut crux ubi tumuit diusti
ordinem carnem Christi
vera notentia
Christum Joseph ut est scriptum
Tolles fugit in egiptum Herodis impia
bis se obsttauit ihesus quia a turbis
non est lesus lapidum sevitia
Ihesus lavit osculando pedes suis
sacra dando corporis misteria
Cum patrem exoravit ihesus sanguine
sudavit mortis pre angustia
Ihesus tristis est et mestus, Judas
turbis est infestus fraude grex pitia
Judas assumens cohorte ihesum tra-
didit in morte vili pro pecunia
Judas ihesus dedit signum osculis et
benignum fraudavit perfidia
Gladios fustes attulerunt ihesum
sibi cum ceperunt hora noctis media
Ihesus aure malchi curat, plebs
insultat et perdurat in sua malitia
O sacrata ligatura membra ligans
pluritura tuorum supplitia

Palmis cesa dulcis illa ihesu Christi
maxilla, dote nos humilia
Ihesu Christe nos consigna tuo vultu
quem maligna conspuerunt labia
O velamen Christi visus sub quo pal-
mis est irrisus, nostra terge vitia
Colaphis et palmis cesus est pro
nobis Christus ihesus patri placens hostia
Rex illusus alba veste, ihesum misit
inhoneste mortis per sententia
O columpna qua ligatum ihesum tenes
flagris datum religare vitia
Virga cedens seu flagellum corpus
ledens sic tenellum seda nos ledentia
Purpura que Christum tegis orne
nos ut sue legis sequimur vestigia
Percussisti quam arundo caput Christi de
mundo munda nos et levia
O sacra Christi corona confer nobis
vite dona, confer celi premia
O crux sacrata crux beata membris
Christi coronata tutta fuga vitia
Ihesus tulit crucis onus sit in morte
quisque bonus sufferat opprobria
Mater quam pannis involvisti cum circa
lumbos Christi cinge nos ad fortia
Ihesus tensus est per funes ut nos
angelis communes faceret in patria
Duos terni Christi clavi confixerunt
neruum suaui, mentis tue dulcia
Ictus per nos perforati, perent velle
posse pati sit nos cruce tristia
Sic martellum clavos urgendo
sanet de vulnus tibi per seda flagitia
Crux et ihesus elevantur deita-
tis declarantur grata beneficia
Liuor crescit sanguis fluxit